



CANDIDO

LECTORI S. ÆGIDIUS

SADELER.



N mitto, qua promisi Symbolon variorum, Tomum secundum: & in Symbola, Mystagogi nostri Isagogen. Ac, quod aliis alia placeant, majusque sit animi, quam palati fastidium; paullo, quam prioris Tomi, copiosorem. Nec accepis modo, ut recepi, fluentem rivis verborum, in tanta rerum luxurie. Atque abundantia; sed & interjectam imaginibus, quod passim queri in audivissem. Ego quidem disjunxeram; ut sua cuique libera esset conjectandi ratio. Cum autem nostra malle habere in promptu, quam sua proferre in medium, plerosque intelligam; consilium mutavi, ad vestrum velle & volupe, non secus, quam nauta velum ad ventos volvit & revolvit. Jam ne qui studium Principum Ecclesia & Reipub. à lectione operis deterreatur, ut tempestate & procellis adversis, multi à navigatione, sulca hoc nostrum mare, omnino securus. Nescium enim est irarum & contentionum: Tam placidi animi Mystagogia est. Et materia non est litigiosa: qua Remp. sanctis legibus, Principes bonis moribus informet, patentesque horum exemplo ex belluina vita extimat, & inserat in humanum. jucunda magis narratione, & faceta comparatione; quam severa, qua mens generosa frangitur aut irritatur; non flectitur non eruditur, castigatione. Quid me & te fatigo, labore non necessario? Purgent opera sua, qui ea inquinaverunt. Tu lege & judica. Nam omnium candidorum censura, me subijcio. Vale. Praga Anno Christi 1602. Idus Martij.

VIX
XXV

Idem Eidem.

Vix ad hujus Tomi Hieroglyphica Mystagogum suum absolverat. Jacobus Typotius, cum (ecce) fatis conbederet; ita ut in duobus, qui restant, alium ipsius vices subire necesse sit, cuius operam tertium jam adorno Tomum, quem expecta. Iterum Vale.

CANDIDO

I. HIE